



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Oblationes, quando originem habuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- passiones, *cap. omnis Christianus. de consecr. dist. 2.* & Boich. in *cap. quamvis. de decim.*
- 18 Quarto, † quando ex testamento oblationes fieri debent, quia ultima voluntas defuncti modis omnibus est servanda. *cap. ultima. 13. quest. 2.* & qui oblationes defunctorum retinent, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles ab ecclesia sunt abijciendi, quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc pietatis divinæ exacerbationem: quia, & fideles de corpore recedentes votorum plenitudinæ, & pauperes consolatu alimoniarum, & necessaria sustentatione fraudantur, & hi tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt. *cap. qui oblationes. ead. q. 2.* & his quatuor casibus 22 quod oblationes sint in præcepto, tenet Abb. in *dict. rubr. de decim. num. 3.* Rebuff. *eod. n. 24.* S. Thom. 2. 2. *quest. 86. art. 1.* & Graff. *decis. aur. cap. 27. n. 6. par. 2. lib. 2.* qui vero eas, quas populus dare debet, tenere contendit, vel extra parochialem ecclesiam dare vult, sine Episcopi consensu, vel ejus, cui hujusmodi officia commissa sunt, est communione privandus. *cap. statuimus. 16. quest. 1.*
- 19 Pertinent oblationes † ad sacerdotes 23 curam animarum exercentes, non solum, ut eas in proprium usum convertant, sed etiam, ut fideliter dispensent partim expendendo in his, quæ ad divinum cultum pertinent, partim in proprium vicium, & partim in usus pauperum. 1. Cor. *cap. 9.* & S. Thom. 2. 2. *q. 86. art. 2.* Spectat 20 etiam † Episcopo quando celebrat in aliqua Ecclesia suæ diocesis, Afflict. in *constit. Neapol. lib. 1. in rubr. de decim. n. 32.* & debentur etiam Episcopis in recognitionem superioritatis honorum, & hæc est obligatio ex præcedenti conventionione, ut cum datur fundus, ut certo tempore aliquid offeratur, de qua loquitur S. Tho. *d. q. 86. art. 1.* & Graff. *d. cap. 27. num. 6. ver. primo ex præcedenti.*
- 21 Inceperunt † oblationes, quando principes Israel obtulerunt munera coram Domino, sex planstra tecta cum duodecim bobus, & alia magna munera, quæ Dominus iussit suscipi, & ea Levitis tradi. *Num. cap. 7.* & tempore Cain, & Abel. *Genes. cap. 4.* & Noe ædificavit altare Domino, ac tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. *Genes. cap. 8. in fin. & Rebuff. ead. quest. 1. num. 23.*
- 22 Monachi, † & alii regulares possunt etiam tripliciter oblationes recipere, vel, ut pauperes ex dispensatione parochorum, vel ut ministri altaris, aut tertio ex debito, si Parochia sint eorum. S. Thom. *eod. q. 86. art. 2.* an autem laici in eorum oratoriis oblationes recipere possint, valere consuetudinem, quod illas possint recipere, consuluit Dec. *conf. 148. reverende,* ejus tamen opinio pluribus fundamentis reprobat.
- 23 Primo, † enim decimarum, & oblationes æquiparantur, *cap. quamvis. de decim.* & Rebuff. *d. quest. 1. num. 26.* & sunt juris spiritualis, & sacræ, ut inquit, *text. in cap. inquirendum. in fin. de pecul. Cleri.* ejus Laici sunt incapaces, *cap. fin. 10. quest. 1.* & Abb. in *cap. quamvis, num. 1. de decim.*
- 24 Secundò, † nec valet consuetudo, quæ possit allegari, ut laici in oratoriis recipiant oblationes, *cap. antiquos. c. quia t. sanctorum, & melius cap. fin. ubi improbatur con-*